

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7753

Auteur(s) : Silvestre Corbin [particulier]

Bénéficiaire(s) : Soligny-la-Trappe, Notre-Dame de La Trappe (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1258

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Silvestre Corbin approuve la vente faite par Étienne Oger de Marnes et Alice, femme de ce dernier, à l'abbaye de la Trappe (Voyez la charte LIX).

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Charencey Hyacinthe (Comte de), *Cartulaire de l'Abbaye de Notre-Dame de la Trappe*, publié d'après le manuscrit de la Bibliothèque Nationale, Alençon, Renaut de Broise (Société historique et archéologique de l'Orne), 1889, B. « De Eodem (= de redditibus denariorum in Corboneto et Francia) », n° LXI (« Carta Silvestri Corbin »), p. 103-104.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis, Silvester Corbin, salutem in Domino. Noveritis quod ego volui, laudavi et concessi viris religiosis, abbati et conventui de Trappa, cisterciensis ordinis, venditionem quam Stephanus Ogeri de Marnis et Aalicia, uxor ejus, fecerunt dictis religiosis, abbati et conventui de Trappa, videlicet tria arpenta prati que sita sunt inter molendinum Berout et La Cochardere, et quatuor arpenta que junguntur pratis Richardi de Maris et pratis defuncti Philippi Carrel, militis. Que tria arpenta et quatuor sita sunt inter Becium et Mortuam Aquam, que communia erant prenominato Stephano et Aalicie et Roberto dicto Fabro. Qui dictus Robertus Faber dictorum trium et quatuor arpentorum medietatem possidet nomine canonicorum ecclesie Omnium Sanctorum de Mauritania. Que supradicta prata defunctus Garinus de Brueroles acquisierat a Guillelmo Corbin, jam defuncto, retentis sibi tribus denariis annui redditus, in Pascha dicto Guillelmo et ejus heredibus reddendis a prefatis religiosis, abbate et conventu. Hanc autem venditionem supradictorum pratorum ego, predictus Silvester Corbin, teneor garantizare sepedictis religiosis, abbati et conventui de Trappa et defendere contra omnes, tamquam dominus feodi, et ab omnibus ad me et ad heredes meos et etiam quoscumque alios quoquo modo [pertinentibus] liberare penitus et quittare, reddendo predictos tres denarios predicto Guillelmo et ejus heredibus a dictis religiosis. In cujus rei testimonium dedi presentes litteras antedictis religiosis, sigilli mei munimine roboratas, per quas obligo me et heredes meos ad omnia predicta garantizanda et defendenda contra omnes, sub forma prescripta, dictis religiosis et ab omnibus penitus liberanda. Datum anno Domini M° CC° L° octavo.